ADDITIONES AD COMMENTARIA DOctiſsimi Antonij Gometij in leges Tauri.

Per Doctorem Diegum Gometium Cornejo eiuſdem authoris nepotem, Primariæ eiuſdem authoris Cæſarei Cathedræ in celebri Oſunenſi Academia præfectum, & pro clariſsimo Duce de Oſuna iudicem in cauſis appellationum.

Additiones ad legem tertiam.

DE huius l. materia & interpretatione, præter ordinarios, vide Gutierrez in quæſtionibus ſuis lib. 2. cap. 35. 36. & 37. Matiençum & Azeuedum in dict. l. 2. titul. 4. lib. 5. Recopil. Mieres in tractat. maioratuum. 1. par. q. 48. num. 9. fol. 168. Molinam de primogenijs lib. 1. num. 24. fol. 95. Menchacam de ſucceſſionum creatione. §. 17. lib. 2. num. 89. & lib. 3. §. 21. num. 21. & lib. 2. §. 11. num. 19. & lib. 1. §. 10. num. 91. & lib. 3. §. 21. num. 70. & lib. 2. §. 14. num. 112. Spinum in ſuo ſpeculo teſtamentorum, 2. par. gloſſæ Rubricæ, num. 32. & 7. par. gloſſæ Rubricæ, num. 4.

A* D numer. 5. ibi.) Pubes vero & cætera, imo & quod plus eſt curatore inuito & reluctante puberem teſtari poſſe etiam de rebus immobilibus tenēt Marſilis ſingulari 265. Alciat. in. l. verba contraxerunt. ff. de verb. ſignific. Guillelmus Benedictus in cap. Raynuntius verbo adiectæ impuberi, num. 90. de teſtam. Tiraquellus in l. ſi vnquam. verbo donatione largitus, num. 204. de reuocand. donatio. quod etiam in donatione cauſa mortis facilius obtinere credimus, cum liberius faciliusque reuocari poſſit quam teſtamentum nempe ſola pœnitentia. §. 1. inſtit. de donat. l. fin. tit. 4. part. 5. l. non omnis. ff. ſi certum petatur, teſtamentum autem non reuocatur niſi per aliud æque ſolemne. §. ex eo autem ſolo. inſtit. quibus modis teſtamen. infirmentur, Tiraquel. de l. connub. gloſſ. 5. num. 73. tradit Matiençus in lib. 1. gloſſ. 10. titulo 4. libro 5. Recopil. num. 5. & 6. & in l. 7. titul. 10. lib. 5. gloſſ. 2. numer. 31. ad fin.

* Ad eundem numer. 5. in fin. ibi.) Tamen bene poterit teſtari. Eandem hanc ſententiam tenet communemque teſtatur Menchaca lib. 1. controuerſiarum vſu frequentium cap. 22. num. 13. Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 13. numer. 4. & nouiſſime Spinus de teſtament. 5. part. gloſſæ Rubricæ, Matiençus in l. 2. titul. 3. gloſſ. 1. num. 3. libr. 5. Recopil. Tiraquellus de lege connubial. gloſſ. 5. numer. 93. Caſtillus in l. 55. Tauri. num. 4. Azeuedus in l. 4. titulo quarto. libr. 5. Recopilat.

* Ad eundem numerum ibi.) Furioſus